

IN NOMINE

Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum sublimis Principum, Regumque Maiestas egregiam laudem, et immensam præmi magnitudinem tunc vel maxime censetur mereri, quando pro cultus divini, et debito sacrosanctæ Ecclesie ipsius incremento, aut demeritis tribuit aliquod, aut quod ante ab arida pietatis, magnarumque virtutis religiosorum cultoribus pro decoro, et ornamento Religionis Christianæ concessum fuerat, de novo instaurat, literarumque monumentis recte facti testificationem temporibus sancit perpetuis. Cumque id barbaris etiam, et à veri Dei cognitione hominibus aliis, dum ipsa natura dederit, ut pro illius gloria, et nominis amplificatione, à quo vitam, et quicquid habent acceperint, de sortibus suis non nihil libenter voueant, indeque Primum status, et Regnorum amplitudo multum decoris, roboris verò, et incrementi plurimum habeat. Promittimus nos Sigismundus tertius Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituanie Russiæ Crisviæ Samogitiæ Masovie Livoniæ, et Nec non Regni Sueciæ proximus hæres, et futurus Rex significamus presentibus literis nris quorum intererit. Vniuersis et singulis. Quod cum Honorabilis Sebastianus Zochowski à Sionia actus præbiter curatus Ecclesie nre Parochialis Moisszopolen, Tituli assumptionis beatissime Marie Virginis peritricis Dei, exposisset nobis eam Ecclesiam ob nequenteriam, et insipientiam antecessorum ipsius Parochorum videlicet Oppidi nri Moisszopolen, Sclendariorum pertinaciam, ab annis iam novem, et viginti literarum fundationis amissione, proventibus Ecclesiæ, agris, pratis, decimis, ex Curia nra Moisszopolen proventibus, alijsque utilitatibus ad eam Ecclesiam, et ad quo spectantibus destitutam esse, supplicasset, nobis, ut iuxta priores Serenissimorum predecessorum nrorum fundationis literas, pro commodis predictæ Parochiæ bona eadem, proventibus, ex antiquo ad eam Parochiam pertinenter restitueremus, presentiumque auctoritate litterarum nrarum concederemus, daremus, et confereremus. Quod cum æquitati, debitumque nris in Deum officijs consentaneum censeremus, faciendum nobis esse duximus, quomodo quidem facimus, alijs ad relationem Honorabilis Sebastiani Zochowij pro com modo predictæ Ecclesie Parochialis Moisszopolen, ipsiusque modernæ Parochi, et eius legitimum successorum sustentatione, ea nimirum omnia quæ ex antiquo ad dictam Ecclesiam spectasse et in usu predecessores suos fuisse præfatus Parochus affirmavit, restitimus, in primis, damus, confirmamus, et approbamus presentibus literis. In Jagomirski duo servitia, non procul à predicto Oppido nro Moisszopola sita, in Sirmie lina servitia, in Miazanij ganij, servitia, Lobonari, Malati, et Vinturca dicta, in Niepromij lina servitia, bonis Lubonarij, et Malati confirmata, Stagnij ibidem sita Golona dicta, partem tertiam, indeque non procul stagna parua septem Mieszysymis, Tauropurmis, Esersymis, Coimis, Galimis, Bludimis, et Balcis dicta, in Bersznie duo servitia, parua stagnum Zech, sines bonorum Lubonarij, Tauropurmis, et Lenkmanij contingere. Cumque ad eam manipulem omni gratia, de omnibus campis agris, vineis, et quomodolibet pro usu Curie nre Moisszopolen se mittat, omniumque aliarum ac leguminum partem decimam, pro moderno et futuro existenti Parochis Moisszopolen, et successoribus suis, Curie nre Moisszopolen dari debent decernimus, ac singulis annis temporibus perpetuis, nisi nobis predicta Curia, sine quocumque tenentario nro in summa pecunia teneatur, id præstari volumus. Item damus præterea iuxta similem præfati Parochi relationem, prædictam cum hortulamis, ex utraque parte suam Vlnovia dicta situm, cum agris, pratis, sylvis omnibusque, pertinentibus ex antiquo additum prædictum spectantibus agrumque, Mierkieski dictum prædicti præfati agris similitum, cuius he sunt termini, incipien a fluvio ducta versus meridiem usque ad struictum Vlnovia, et ex alia parte à ducta eundo via publica Vlnam usque ad vadum Larcuskie municipalum, a vado vero dicto ultimus limes idem prædicti fluvius Vlnovia dicta. Item iuxta domum Parochialem domunculam pro colonis aream camelenij prædictæ Ecclesie contingerit, Tabernamque ibidem eidem illi Cameleno similitam, nec non aream dictam Smetonon Szyszna in eos Oppido nro Moisszopola, cum agro, ex aduerso Camelenij sitam, pro moderno, et futuro existenti Parochis Moisszopolen restitimus ac decernimus, item aliam ibidem aream cum agro, et pratis. Reddimus insuper prædictæ Ecclesie agros desertos cum sylvis, pratisque, dictas Konus, et Ciacuska, ex antiquo ad dictam Parochiam uti prædictus parochus affirmavit spectantes, alijsque omnia paulo superioris iuris, et specificata pro commodis dicti oppidi nri Moisszopola, Ecclesie Parochialis ià ante constructæ, pro moderno, et futuro existenti Parochis Moisszopolen sustentatione, ita restitimus, et presentibus literis conferimus, pro ut antea ad dictam Ecclesiam spectant, ac pro ut predecessores modernæ Parochi Moisszopolen, in usu et possessione bonorum prædictorum fuerunt. Nulla autem alia hoc restitutoris, et collationis nre noie, prædictus Parochus successoresque ipsius, nobis aut Deo offeri præstare tenebuntur, nisi ea ad quæ præstare iuxta ordinationem, à Summo Romano Pontifice, Christo Dei in terra Vicario, et perpetuo Vicario Episcopo nunc, et futuro existenti facti et quæ adhuc fieri poterit, ceteri quoque Parochi nri sunt obsequati. Promittimus porro pro nobis, et Serenissimis successoribus nris, non esse nos, successoresque nros, bona prænommata à commemorata Ecclesia omnibus alienationis, seu etiam alienandi facultatem permissuras. In quorum omnium fidem, et eundem

à Plebania Moisszopolen Fundus restituita



Handwritten notes in the left margin, including the name 'Damm' and other illegible cursive text.



